



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Georgius M. 23. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

April.
me-
is est
a di-
Re-
pio-
ique
gustu-
cha-
exe-
po-
cibus
arra-
eator
tan-
latio
Dam.

23. April. VITÆ SANCTORVM. 207
citatis in cælum desideriis rapiebatur, ut auditu
vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum
omnium sensu destitueretur. Septem in eo emine-
bant virtutes, credendi constantia, pietas erga
Deum, reverentia, commiseratio, cura officii,
obedientia, grata beneficij memoria. Quinquaginta
duabus annis in sacrâ militiâ meruit. Post
mortem magnum luentium agmen è lustralibus
flammis in cælum evexit. Obiit Perusii anno
M. C. C. LXXXIII. Ex Surio.

*Si invenis aliquid melius, quam videre faciem Dei,
illuc te præpara: Va tali amori tuo, si vel suspicaris ali-
quid pulchrius quam est ille, à quo est omne pulchrum,
quod te teneat, ne illum cogitare merearis. S. August.
in psal. 43.*

S. GEORGIUS M. 23. Aprilis.

ANNO post natum Servatorem XC. supra C. C.
GEORGIVS fortissimus CHRISTI miles, &
ob virtutem inter Tribunos adlectus, tum Comitis
etiam titulo à Diocletiano ornatus, cum hujus ni-
hilominus efferam in Christianos tyrannidem
propalam damnasset, in vincula & ipse tractus, sa-
xum primò ingens pectori injectum supinus for-
tiùs, quam cælum Hercules tulit; ad machinam
deinde mucronibus omni ex parte armatam, ut
antè ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies
sepultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab
igne candentes calceos indutus, nempe ad Olym-
picam coronam cucurrit. Cæsus iterum immani-
ter, ac alapis contusus, in ruborem languoremque
ipsos carnifices dedit, & testem fidei suæ mortuum
è tumulo produxit. Tandem post tot egregiè pu-
gnatas pugnas coronatum pridie in carcere ab
ipso-

ipsomet Imperatore CHRISTO, caput iterum coronandum securi subdidit; cùm priùs ad ejus imperium corruissent omnia Numinum simulachra, & cacodæmones se esse, non Deos, ultrò ediviscent, verissimo omnium, quod unquam dederunt, oraculo. Ex Metaphr.

Deus ipse omnium rector ac Dominus cum omni Angelorum militiâ certamen tuum expectat, tibiq[ue] contra Diabolum dimicanti parat eternitatis coronam. S. Amb. in Epist.

S. BONA VIRGO. 24. Aprilis.

A Ge virgo anime. hæ tibi leges feruntur. Leto pudico cubato. Vestis cilicum esto. Ultimatus latrones domesticos effugias, pudorem peregrinare ad Divum tempa circumferto. Nempe duras, arias, & verè æreas leges fixisti. Quid vis dicam? Tu non potes quod isti & istæ? addo quod virguncula BONA potuit, cui vix septenni has leges ipse summus Legislator Christus tulit, annuente & probante virgine animo. quid? quod ultiro non lecto sed stramine involvit pudorem, si non tam molliter certe securius dormiturum? quod non semel sed decies ex Italiâ ad S. Jacobi sepulchrum in Galaciā abiit? quod tres omnibus septimanis dies non nisi pane & aquâ traduxit, & reliquis, quibus opiparè vixit leguminibus vixit, etiam tunc, cum ab Hierosolymitano itinere & longâ Saracenum captivitate redux continuâ febri laboravit? Superi! quis nostrum ægro corpusculo facit tam ægrè? Nimirum Virgo facit, ut periclitanti pudicitæ medicinam faciat. Et arrisit his studiis Christus ipse, qui Jerosolymæ ad sepulchrum suum orantis BONÆ capit ter manum suam imposuit, &

p. 8

25. April.
post q
éadem
olim, a
aliis m
risum e
vixit, f

Fid
concupi
amorem
tollat.

M
est: cu
travita
tas AB
exerra
MAR
magn
duxit
MAR
bi Ep
dem
aram
ptus i
sto fa
suum
Chri
luce
string
rose
ta rep
riis d